



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

8. An Cardinales debeant eligere ad Pontificatum vnum ex Sacro Collegio?  
Et an si Cardinales eligerent in Papam aliquem extra eorum gremium,  
electio sit valida? Ex p. 5. tr. 2. res. 63.
- 

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76442](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76442)

moti, quia iurisdicção Pontificis eo mortuo remanet in Collegio Cardinalium; mortuo enim Prælato univèrsa iurisdicção residet penes Collegium, *cap. his qui de maior. & obed. & cap. cum olim, eodem tit. & Ecclesia, vel Sedes Apostolica, numquam moritur, can. lib. 12. q. 2. cap. si graiosa, de rescript. in 6. etiam si vnus tantum Cardinalis de Collegio remaneret, can. si forte 71. dist. c. gratum, de postul. cum semper retineat caput Ecclesiæ generale, & proprium, qui est Christus, cap. 1. & 2. dist. 22.*

2. Verum contraria sententia clarè determinatur in *Clem. Ne Romani, de elect. ibi: Irritum aut ritate decernentes quicquid potestatis, aut iurisdicção nis ad Romanum Pontificem, dum vivit, pertinentis, cæterus ipse duxerit exercendum. Solumque ibi excipiuntur quæ in cap. ubi periculum, de elect. in 6. Cardinalibus conceduntur, ibi autem nihil eis conceditur nisi quæ ad electionem Pontificis, & ad defensionem Ecclesiæ, & quæ ad obviandum imminentibus periculis spectant. De reliquis verò potius ibi dicitur, quòd se nequaquam de aliquo negotio intromittant. Et ita hanc sententiam tenet Panormitanus in *cap. cum te, n. 12. & seq. de re iudic. & ibi Felinus num. 11. & Anton. de Butra. & Imola in c. translat. de contit. Sebast. Medic. de leg. part. 1. quest. 10. Suarez lib. 4. de leg. c. 6. n. 4. Salas eodem tract. disp. 8. sect. 8. & ex neotericis vide Monetam de commut. vlt. volum. c. 5. quest. 6. num. 188. Baldellum tom. 1. lib. 5. disp. 7. num. 10. Sebalianum Caesarem in *Relect. de Eccles. Hierarch. part. 1. disp. 2. §. 6. num. 1. Merollam tom. 2. disp. 4. c. 4. dub. 4. n. 18. Azorium tom. 2. lib. 4. cap. 3. qu. 1. Lundensem de Cardinal. quest. 74. Campanili in *divers. iur. can. rubr. 7. cap. 6. a. num. 76. Vide etiam præter dictam Clementinam, aliam constitutionem Pij V. quæ incipit, In eligendis. Datam Romæ Idibus Octobris anno 1562.****

3. Nota tamen quòd licet hæc opinio sit amplectenda, tamen ex *Acta Clement.* apparet dominos Cardinales mortuo Pontifice posse. Primò quòd vbi immineret periculum evidens amissionis alicuius loci, vcl iurisdicção nis Ecclesiæ, aut rei similis, Collegium consentientibus omnibus Cardinalibus præsentibus, aut saltem duobus illorum tertiis partibus per suffragia possit illi occurrere, & facere quascumque provisiones, & ordinationes necessarias. Secundò, quòd pro coercendis flagitiis, sceleribus, & seditionibus, ac servanda quiete, & obedientia possit imponere pœnas, tam corporales & temporales, quam etiam spirituales veluti anathematis, & similes. Tertio, quòd ad eundem finem possit confirmare, mutare, & de novo eligere, & creare quoscumque officiales etiam Gubernatorem Urbis, tam vltra Pontem, quam citra, & alios Ministros pro regimine status Ecclesiæ. Quartò, quòd possit etiam deputare administratores vt facilius expediantur ea, quæ imminent pro electione. Quintò vt possit etiam iudicare Papam intrusum, dum ipsi vacant electioni legitima, quia hoc concernit negotium ipsius electionis, & ab alio iudicari non potest. Idem dicendum est de aliis casibus similibus, quia mens Pontificis in dictis constitutionibus fuit non denegare necessaria, signanter ea, quæ possunt retardare negotium electionis, & hæc omnia observat etiam Iulius Lævorius in *variis elucubratis. tit. 3. cap. 3. num. 27. & seq.*

4. Notandum est etiam hîc obiter quòd Sede Apostolica vacante, tunc sacro Collegio Cardinalium non videtur prohibitum dare Reverendas, quia Tridentinum *sess. 7. cap. 10.* non videtur illius Sedis vacantis iurisdicção nem limitare. Ita ex Maiolo & Salzedo docet Sanchez in *opusc. 2. lib. 7. cap. 1. dub. 20. num. 39.*

## RESOL. VIII.

*An Cardinales debeant eligere ad Pontificatum unum ex Sacro Collegio?*

*Et an si Cardinales eligerent in Papam aliquem extra eorum gremium, electio sit valida? Ex part. 5. tract. 1. Ref. 63.*

§. I. **N**egativam sententiam videtur docere Campanili in *divers. iur. Canon. rubr. 7. c. 6. num. 71.* & D. Antoninus in *summa tom. 3. tit. 21. capit. 2. §. 7. Castellinus de elect. capit. 10. Petrus Navarra de rest. lib. 2. cap. 2. num. 170. & docet Sotus de iust. lib. 3. q. 6. art. 1. ad 4. argum. vbi sic ait. Cardinales in Pontificis electione ob summam Vicarij Christi dignitatem sanctiori fide perstringuntur optimè eligere, quapropter rumorem illum numquam persuadere mihi potui, videlicet statutum illis esse, non posse deligere nisi ex suo gremio, & tandem ab ipsis Dominis Cardinalibus audivi falsum esse. Enimverò quod activas voces ad ipsum sacrum Senatum Ecclesiæ detulerit, decentissimè ratio persuasit 23. dist. can. in nomine Domini, & c. licet, extra de elect. & cap. ubi periculum, eo lib. 6. videlicet ne tantus Episcoporum cæteris a remotissimis regionibus Romam ad eligendum cogereretur, attamen cum tanti referat optumum Episcoporum orbis ad summam Sedem evchere, quòd intra paucos Urbis passiva electio cõtrahatur, licet sit credibile inter eos numquam defore dignum, certè sinceritas Evangelica non permittit. Vnde in *eo cap. in nomine Domini, si in Romana Ecclesia non invenitur idoneus, ex alia sumi iubetur. Ita Sotus.**

3. Sed necitò adversus illum insurgit Salo. in 2. 2. D. Thom. quest. 63. art. 2. contr. 2. concl. 1. & primò quo ad primum eius dictum non esse verum patet, quia in *cap. in nomine Domini*, non dicitur vt eligatur aliquis extra gremium Cardinalium, nisi quando inter illos nullus est dignus, tunc enim etiam si nullus esset decretum, non liceret eligere ex Cardinalibus, cum indigni electio omni iure prohibita sit ad quodcumque beneficium, quanto magis ad supremum? Alterum verò dictum Soti, electionem activam convenire Cardinalibus, non de iure, sed de facto, quia ita expedit, correctione etiam indiget, nam *c. licet, de elect.* supponit hoc ius illis convenire, quo supposito statuitur electiones aliorum Prælatorum Ecclesiæ validas esse, modò fiant à maiori parte Capituli; electione verò Papæ debere fieri à duabus partibus Cardinalium qui ad illam convenerint, & in *cap. ubi periculum, eod. tit.* præsupposito etiam eodem iure Cardinalium agitur de conclavi, in quo manent reclusi Cardinales tempore electionis, & de aliis ad id negotij pertinentibus. Et tandem ad illud dictum Soti, quòd pertinet ad nostram quæstionem, quòd etiam si reperitur dignus Pontificatu inter Cardinales, nihilominus ad tam sublimem dignitatem quarendum esse dignissimum ex tota Ecclesia, respondeo contrarium tenendum esse. Primò, quia quicumque ex Cardinalibus dignus, quorum multi reperuntur in illo sacro Collegio, licet extra ipsos daretur alius sanctior & doctior, est quovis externo doctior & utilior Ecclesiæ. Primò, quia ex his, quæ vidit, egit & expertus est in Romana Curia, & in isto Collegio, & Conciliis Pontificum prædecessorum novit negotia Romanæ Curia, & Ecclesiæ gubernationem melius quam quivis alter. Secundò, quia electus vnus ex ipsis statim admouet manum operi, & gubernationi fidelium, electus autem externus esset convocandus à longe, expectandoque illius consensum, & adventum vacaret multo tempore Sedes B. Petri, quòd, experientia

experientia teste, est maximum incommodum, semper enim ex diuturnis vacantibus multa sequuta sunt damna Romæ, & in Italia, imò & in tota Ecclesia, quo fit dignum inter ipsos esse vtiliorem quouis externo. Et hæc omnia aduersus Sotum docet Aragon loco citato, cui adde Suarez, de fide disp. 10. scilicet, num. 19. vbi sic ait. Sed quæret aliquis, an electus debeat necessarium esse de numero Cardinalium; constar quidem id non fuisse pernecessarium, attamen vsus Ecclesiæ ita habet ac fieri oportet, vt dixit Stephanus Papa cum Concilio in cap. oportebat, & cap. nullus. d. 79. Cui adde Hieronymum Manfredum de Cardinal. decis. 299. vbi sic ait. Cardinales potius debent eligere vnum de Collegio in Papam, quam alium extra, dummodo idoneus ibi reperitur, & hoc licitum est facere, etiam extra magis idoneus reperiretur. Ita ille. Et tandem non desinam hic apponere verba Henrici Villalobos in summ. tom. 2. tract. 8. diffi. 3. num. 18. vbi sic ait. [De la eleccion del Papa en lo que toca a la voz actual, solamente la tienen los Cardenales, mas quanto a la voz passiva, dize Soto que no solo pertenece a los Cardenales, sino a qualquiera del gremio de la Iglesia, y que assi selo oyò dezir a ellos, y que por esso se dize en vn texto, que si entre los Cardenales no huuiesse digno, se busque de fuera. Salon y otros dizen, que ha de ser del gremio de los Cardenales lo qual tengo por mas cierto; y estando en esto responde al argumento; que conuiene a la Iglesia, que los dignos del Collegio de los Cardenales se preferan a otros mas dignos, por la experiencia que tienen de las cosas, que han visto, y tratado, y como, están presentes, luego ponen mano a la obra lo qual es mas conueniente, que traer vn extraño de lexos e instruyrle. Mayormente que siempre en aquel Collegio se hallan varones muy capaces, y de grandes prendas para esto.] Vide etiam Buisatum vol. 2. conf. 126. n. 6. Mosconium de maiest. milit. Eccles. lib. 1. c. 3. Azorium tom. 2. lib. 4. c. 5. quæst. 6. Laurium in var. elucubratis. 4. c. 2. num. 9. Gundissaluum de potest. Eccles. num. 31. Barbosa in Decret. Gratiani part. 1. dist. 79. cap. oporteat, num. 1. & ibi. Acugniam.

3. Sed si aliquis curiosus inquirat, an si Cardinales eligerent in Papam aliquem extra eorum gremium, electio esset valida; Respondeo affirmatiue cum Suarez loco citato, vbi sic ait. Crediderim si aliquis extra Collegium Cardinalium legitime eligeretur, electionem fore ratam & firmam, quia non video quo iure ita reuocata sit electio passiva ad personas Cardinalium, vt aliàs nulla sit habenda. Ita ille & ideo si eligeretur in Papam aliquis extra gremium, electionem fore validam docet Acugna, Barbosa, Laurius, & Azorius locis citatis, quibus adde Laudensem de Cardinal. quæst. 75. & Doctores quos citat Cenedus ad Decretum collect. 18. num. 1. & Bonacina tract. de elect. Summ. Pontif. disp. 1. §. unico num. 19.

Non desinam tamen hic adnotare Lancellot. in templo iudicum, lib. 2. cap. 1. de Pont. §. 2. q. 4. m. 4. docere electionem factam extra gremium Cardinalium esse invalidam post Decretum Stephani III. in d. cap. oporteat. Vnde apparet omnino esse reiciendam opinionem Soti, quam supra adduximus.

RESOL. IX.

An Cardinales possint relinquere digniorem & eligere dignum, quando pars sufficiens ad electionem vult illum in Papam eligere?  
Et quid, si iurassent eligere digniorem?

Et quid est dicendum in supra dicto casu, an peccet Cardinalis dignus, si acceptet Papatum, cognoscens in electione prætermisum esse digniorem, quod idem dicendum est de Beneficiariis, &c. Ex part. 5. tr. 2. Rel. 85.

§. 1. **C**asus potest frequenter accidere, & videtur negatiue respondendum, quia, vt late probat Castellinus tract. de elect. c. 10. Cardinales tenentur in conscientia eligere digniorem in Papam ex gremio tamen sacri Collegij, vt supra dictum est.

2. Sed in casu proposito ego puto Cardinales posse sine vilo serupulo conscientie eligere dignum, prætermisum digniori, per ea, quæ adducit Villalobos in sum. tom. 2. tract. 8. diffi. 3. num. 8. vbi sic ait. [Porque si la mayor parte de los Electores está ya resuelta de elegir el menos digno, de tal fuerte, que moralmente hablando ha de salir con la eleccion, podrá auenor parte conformarse con la mayor eligiendo al menos digno, como dize Bañez, que como en este caso es imposible eligirle el mas digno, no ay obligacion à votar por el, y conuiene a la comunidad, que las elecciones se hagan pacificamente, porque el electo gobernará mejor con esso, que si lo eligiesen menos, y esto es verdad, aunque iurassen los Electores de elegir el mas digno, lo que se ha de entender, supuesto que lo pueden elegir.] Sic ille. & ante illum Io. Valerus in differ. variisque fori ver. electio differ. 1. num. 1. Riccius part. 3. decis. 214. num. 3. Ioann. de la Cruz in direct. conscient. part. 1. præcept. 7. q. 7. art. 2. dub. 9. concl. 2. Syluius in 2. 2. q. 63. art. 2. quatuor 4. concl. 3. & alij.

3. Verum quid dicendum, an peccet Cardinalis dignus si acceptet Papatum cognoscens in electione prætermisum esse digniorem? & affirmatiuam sententiam, loquens de Beneficiariis, docet Petrus Navarra de rest. lib. 2. cap. 2. num. 63. cuius opinionem probabilissimam putat Tannerus in 2. 2. D. Thoma disp. 4. c. 8. dub. 2. n. 15. quia dignior habet iustitiam distributiua ad beneficium, quam non habet minus dignus; & ita communicaret peccato eligentium, ergo, &c. Verum his non obstantibus ego puto nullum peccatum admittere Cardinalem dignum si Papatum acceptet, prætermisum digniori, & ita tenet Sotus de iust. lib. 3. q. 6. art. 2. post. 9. concl. & Turrianus 20. 2. in 2. 2. D. Th. disp. 22. dub. 3. n. 8. Vbi docent minus dignum, etiam si sibi & electoribus notum sit, digniorem in electione esse prætermisum, posse iuste præbendam acceptare, quia dignus ratione electionis comparat ius ad proprietatem, & possessionem sumendam præbendæ: ergo facta electione vitur iure suo acceptans illam. Nec valet dicere, ille minus idoneus non potest petere præbendam in prædicto euentu, vt diximus, ergo non poterit electionem acceptare, viturque enim videtur contra iustitiam, & vtriusque videtur eadem ratio. Respondeo consecutionem esse inefficacem, quia non sunt res eodem modo se habentes, nam post electionem minus idoneus habet ius ad comparandam proprietatem, & possessionem præbendæ, & ita acceptans electionem vitur iure suo, quod non posset esse verum si faceret contra iustitiam, quod maxime obseruandum est: ergo, &c. quæ omnia militant etiam in casu, de quo loquimur.

RESOL. X.

An si duo Cardinales tantum remaneret in Conclauo, possint adhuc eligere Summum Pontificem?  
Et quid, si remaneret vnus tantum?

\*Sup. in Ref. que hic est antecedens, & in tom. 7. tract. 1. lege doctrinam Ref. 218. & Resol. & 65. eius annot.

Sup. his Beneficiariis, & pro tota doctrina huius Ref. signanter pro contento in hoc §. in tom. 3. tr. 3. Rel. 107. §. Nota secundo. & seq. Sed lege eam per totam.